Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



90

Saul David salutem impetrat: et ut ad pugnam uadat exhortatur: cum populis iudaicus per fideles qui in se fuerant. aduentum unigeniti dei cum summa deuotione exoptat. Saul David uestimentis suis induit: cum populis iudaicus filio dei de sua carne carnis induimentum tribuit. Galeam eram sup caput eius imposuit: dum humanitatem inimici sagittis imperforabilem. eius diuinitatis in persone unitate adaptauit. Caput enim xpi ds.

Lorica eum uestiuit: dum animam rationalem et humanam carnem de iudea natus dei filius accepit. David gladio sup uestem suam accingitur: dum in dei filio species diuinitatis forma humanitatis obumbrata contegitur. De q gladio psalmista dicit.

Accingere gladio tuo sup femur tuum potentissime. David cepit temptare si armatus posset incedere: dum dei filius in suscepta humanitate penas mortalitatis incognite didicit tolerare. Non enim consuetudinem habebat: qa mortem uita nescebat. Dicit David: ni possum sic incedere: cum dei filius mortem ni uult ad se admittere. Quia nec usum inquit habeo: qa ego uita uiuens mortem pati ni debeo. David arma deponit: cum dei filius a se carnis induimenta seponit. David baculum suum tollit: quem semp in manibus habebat: cum filius dei nouum testamentum uetus superaddit: q suos fideles regere solebat. De quo baculo psalmista dicit. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim regimen. baculo sustentamur: sic uetus testamento synagoga sterilis. nouo ecclia sustentatur. David baculum in manibus habet: qa xpi dicationem euangelii facti adimplet. Quinq; lapidissimos lapides de torrente sumit dicit: dum de toto uetus testamento qnq; libros moysi. ad suscipienda incarnationis mysterium per agendum assumit. Quinq; limpidissimos lapides sumit dicit: dum qnq; sunt carnis uulnera. qsi. v. limpidissima mortis repugnacula. ad mundi redemptionem et inimici expugnationem accepit. Qs lapides de torrente sumit dicit: de q psalmista dicit. De torrente in .u. b. David in petra pastorali lapides mittit: cum filius dei in dispensatione sue humanitatis: ut legem pficit. ut uulnera mortis accepit. Quam petram secum habebat: quia eius diuinitatem suscepta humanitas. incomprehensibili et indicabili unitatis uinculo cohebebat. David funda manu tollit. et adusus phylisteum procedit: dum filius dei laborem assumptum incarnationis subit: per quem cum hoste humani generis congligit. Sic enim funda circumferendo rotatur. ut eo ualidior ictus curabatur: ita dei filius in suscepta pro nobis humanitate multiplicem laboraut. et suscepti laboris longanimiter toleraut: qa labore tandem humani generis inimicum fortiter superauit. Phylisteus adusus David incedit et appropinquat: cum diabolus xpm supplicem examinat: et an dei filius. an homo sit purus. suis temptationibus arusiose inuestigat. Armiger eius ante eum incedit: qa mors quam ipse mundo inuexit. qua ipse mundum peremit. facem eius precedit. Phylisteus David respicit et despicit: qa diabolus xpi signa. que sunt manifestans indicia premescit: q humilitatis et humanitatis in eo habitum cernit. David adolescens rufus et pulcher aspectu describitur: qa xpe rubicundus et ex humanitatis cruore. candidus in diuinitatis decore. Phylisteus in David iuuenem: qa diabolus per sua superbia. et humilitatem insequitur: Nunqd aut tu me canem mordacem eum iudicas: quia tu euangelii baculum contra me portas: Phylisteus David idolis suis maledicit: cum diabolus omni fideliu xpi corpi. uicio suo temptationes ingerit. Veni inquit ad me: qa in tua humanitate mortis laqueum ni potes euadere. Carnes tuas uolan